

perdiderint substantias, novitatibus student, nec alia, quae deinceps narrat, quia non omnes mutationum causas propositum habuit recensere.

Nec habet locum, quod ultimo loco accusat.⁹³ *Cumque plures*
5 *sint oligarchiae et democratiae, tamquam una sit utrasque dicit mutationes.* Eius scilicet quae divitiae oligarchia et quae libertatem democratia ὄφον, *terminum* habent, loquutus est Plato. Quod si Aristoteles alias oligarchiae species novit, in quibus divites non praesint, dicat nobis, cur libro 3. capite 5. oligarchiam ita determinat:⁹⁴ *oligarchia vero ad divitium, scilicet commodum respicit.* Et rursus:⁹⁵ *Et necesse est quidem ubi magistratum gerunt ob divitias sive pauciores sive plures, hanc esse oligarchiam.*⁹⁶ *Democratia vero ad utille pauperum.* Et iterum:⁹⁷ *Ubi pauperes, democratiam.* Quae si vera sunt, cur Plato carpitur de vero? Quod unam posuerit utramque
10 sub hoc scilicet ὄφω, *termino* divitiarum ac paupertatis? Quod si Aristoteles libro 4. capite 5. democratiae capite 5. oligarchiae species recensens, sub iisdem terminis divitiarum ac paupertatis reponit, cur perperam fecit Plato [358] eas sub iisdem terminis reponens? Quod si sub aliis ὄφοις, *terminis* aliquas Aristoteles
15 ibi reponit, viderit ipse an recte ab eo collocentur? Cum eodem genere non contineantur.
20

Haec sane sunt omnia politicorum librorum loca, in quibus Aristoteles maximis profecto conatibus sese Platoni opposuit, sed uti visum est, frivolis vanisque.

25 Modo ea persequamur, quae in Ethicis attigit et primo in Parvis, falso Magnis appellatis. 1. ergo capite de Platone ita scribit:⁹⁸ *Post haec Plato divisit animam in id, quod rationem habet, et in irratio-*

⁹³ πλειόνων δ' οὐσῶν ὀλιγαρχιῶν καὶ δημοκρατιῶν, ὡς μιᾶς οὖσης ἐκατέρας λέγει τὰς μεταβολὰς. [ARIST. Pol. 1316b.25 – 26]

⁹⁴ ή δ' ὀλιγαρχία πρὸς τὸ τῶν εὐπόρων. [ARIST. Pol. 1279b.7 – 8]

⁹⁵ ἀναγκαῖον μέν, ὅπου ἀν ἀρχασι διὰ πλούτον, ἀν τ' ἐλάττους ἀν τε πλείους, εἶναι ταῦτην ὀλιγαρχίαν. [ARIST. Pol. 1280a.1 – 2]

⁹⁶ ή δὲ δημοκρατία πρὸς τὸ συμφέρον τὸ τῶν ἀπόρων. [ARIST. Pol. 1279b.8 – 9]

⁹⁷ ὅπου δ' οἱ ἀποροι, δημοκρατίαν. [ARIST. Pol. 1280a.2 – 3]

⁹⁸ Μετὰ ταῦτα δὲ Πλάτων διείλετο τὴν ψυχὴν εἰς τε τὸ λόγον ἔχον καὶ εἰς τὸ ἀλογον ὄρθως. [ARIST. M M 1.1.8.1 – 2]